



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Commentarii Tres in Universam Aristotelis Philosophiam**

Commentarius Tertius In Libros De Coelo; De Generatione Et Corruptione;  
De Anima; Et Metaphysicam Aristotelis

**Crespin, François**

**Brvxellæ, 1652**

Dubium I. Quid Generatio in communi & quomodo dividatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95375)

# PHYSICÆ

## PARS TERTIA.

IN LIBROS

DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE.

**G**ENERATIO, Corruptio, Alteratio, Augmentatio, mixtio & similes mutationes, de quibus in hac tertia Physicæ Parte, agit Aristoteles, ad formam, eamque viventis principaliter, ordinantur, ut satis insinuat idem Aristoteles in proëmio Physicæ, ubi postquam exposuit subjectum octo Librorum & de Cælo, addit in *Libris de Generatione de motu ad formam* agitur. Vnde prius de Generatione & Corruptione nobis agendum est, quàm de Anima.

Hos autem Libros inscribit Aristoteles de Generatione & Corruptione, quia actiones hæ sunt præcipui motus, de quibus in illis tractatur, ut notat D. Thomas in proëmio primæ Partis Physicæ ubi sic habet, *inter motus* (puta de quibus in hac Physicæ parte) *principatum obtinet Generatio & Corruptio*. Pro quorum explanatione, sit

## DISPUTATIO PRIMA.

*De Generatione.*

### DVBIVM I.

*Quid Generatio in communi & quomodo dividatur.*

#### RESOLUTIO I.

**I**co 1<sup>o</sup>. Generatio in communi est productio formæ ex præjacente subjecto sustentationis, per ly *ex præjacente subjecto* exclude creationem, quæ nunquam est ex præjacente subjecto sustentationis, licet ex præjacente subjecto informationis, exposito modo in 1<sup>o</sup>. & 2<sup>o</sup>. lib. Physic. esse possit.

### RESOLUTIO II.

**I**co 2<sup>o</sup>. generatio in communi rectè dividitur in substantialem & accidentalem; generatio substantialis est productio formæ substantialis ex præjacente subjecto: Accidentalis verò est productio formæ accidentalis ex præjacente subjecto sustentationis. Prius de substantiali, utpote nobiliori, cum Aristotele agemus, posteriùs de accidentali, licet ab hac, utpote dispositione præviâ ad substantialem, juxta naturæ ordinem incipiendum videatur: unde sit

Bb 3

DVBIVM